



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacramentum Ordinis

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Caput V. De Materia & Forma Ordinum in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42240

Sed hæc
non requi-
runtur pro
Privilegio
Canonis.

Suarez *Lib. 4 defens. Cap. 28.*
Ex probabili sententia supra
dicta non requiruntur in Cle-
rico, ut gaudeat privilegio
Canonis, nam neque Trid.
nec ulla alia lex id exigit. Nav.
Lib. 5 cons. 44. Comit. Suar.
contra alios. V. Laym. *Lib. 1.*
Tract. 5. Parc. 2. Cap. 5.

CAPUT V.

De Materia & Forma Ordinum in genere.

Assignatur
materia re-
motâ Ordinum.

Singuli Ordines, non secus
Sacramenta, constant materiâ & formâ, &
quidem materiâ duplici, re-
motâ scilicet & proximâ. Re-
motâ est certum aliquod in-
strumentum, quod ordinan-
dis tradi solet in signum pote-
statis spiritualis, ut infra pate-
bit ex assignatione materiæ
singulorum Ordinum, quo-
rum etiam aliqui non unam
& simplicem materiam; sed
duplicem, quarum utraque
partia-

partialis & inadæquata, unam
 totalem constituit, requirunt:
 proxima est ejusdem instru-
 menti traditio & acceptatio.
 Communior autem & proba-
 bilior sententia est ad valorem
 Ordinis requiri tactum ali-
 quem physicum materiæ re-
 motæ, sive requiri ut instru-
 mentum, quod ab Episcopo
 traditur ordinando, ipse per
 physicum & realem conta-
 ctum acceptet. Ita cum S. Tho-
 ma Pont. Pal. & alii plures.
 Certum tamen est non requi-
 ri tactum immediatum om-
 nium materialium ad essen-
 tiam Sacramenti necessaria-
 rum, sed sufficere quandoque
 mediatum, ita vinum in cali-
 ce existens pertinet ad essen-
 tialiam materiam Sacerdotii,
 nec tamen illud immediate
 contingitur. Sicut autem non
 requiritur contactus imme-
 diatus vini, sic neque ex sen-
 tentia probabilissima & juxta
 Dianam moraliter certa re-
 quiritur contactus immedia-

Quæ in
 quibusdam
 duplex est.

Item pro-
 xima.

Requiritur
 ad valorem
 Ordinis
 contactus
 Physicus
 materiæ
 remotæ.

Non tamen
 immedia-
 tus, sed suf-
 ficit quan-
 doque me-
 diatus.

tus

tus hostiæ patenæ superpositæ, sed sufficit mediante patenâ illam tangi. Vid. Dian. 2. 10. *Tract* 16. *Resp.* 88. Gobat *Tr.* 8. *Theol Sacram. Cas.* 4. num. 102. & seq. Ubi id fusè & solidè demonstrat. Et quis asserat non tangi claves, calicem, &c. Si quis hoc tangat manu obvolutâ strophiole vel chirothecâ. Nam ex communi omnium sensu & iudicio, is dicitur tangi, cuius vestis, brachium, &c. apprehenditur manu, chirothecâ, aut strophiole contactâ. Non est autem necesse, ut instrumenta, quæ tanguntur, utrâque manu tangantur, quia nulla lex id exigat. Imò sufficere, si tangat uno digito, Sanch. *Conj Lib.* 7. *Cap.* 1. *Dub.* 2. aut solo ungue. Card. de Lugo *in Resp. Moral. Lib.* 1. *Dub.* 1. quia uterque est verus contactus. Rectius tamen & securius ad vitandum scrupulum tanges utrâque manu. Busenb. *Lib.* 6. *Tract.* 5. *Cap.* 2. *Dub.* 1.

Præfer-

Non est
necessariū
ut materia
remota
tangatur
utraq̃
manu

Præsertim si id fieri soleat in ea Diœcesi, in qua ordinariis. Nam consuetudini Diœcesanæ te optimè accommodabis. Fiet autem hic contactus securissimè eo tempore, quo forma ab Episcopo profertur. Dian. P. 8. Tract. 1. Ref. 40. Quæ physica conjunctio vel maximè observanda est, in materiis ad Presbyteratum aut Episcopatum necessariis, ob gravissima incommoda & mala ex horum Ordinum nullitate provenientiâ. In aliis autem Ordinibus non requiri hanc conjunctionem patet ex eo, quod dum multi simul ordinantur ab Episcopo in Subdiaconos aut Diaconos, Episcopus semel tantum juxta præscriptum ipsius Pontificalis profert formam, ac dein uni post alterum præbet tangendas materias necessarias. Forma sunt illa verba, quæ profert Episcopus sive ordinans, dum tradit ordinando materiam remotam.

Contactus
materia
remota
faciendus
est eo tem
pore quo
forma pro
nuntiatur.

Præsertim
in collatio
ne Presby
terii aut
Episcopa
tus: non
item in
aliis Ord
inibus, in
quibus suf
ficit con
tactum se
qui post
formæ pro
lationem.

CAPVT